



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

§. 34. Regis responsum ad Deputatorum postulata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](#)

Sæcul. XVI. XI. Vectigalia, ac tributa ad eundem  
A.C. 1575. statum, quo regnante Ludovico XII. in  
 Galliis erant, reducantur. XII. Severe Atheistæ, & Blasphemi puniantur.  
 XIII. Edicta contra enormes impudicitias, quæ iram Dei in Gallos provocant,  
 pristinæ suæ firmitati reddantur. XIV.  
 Denique Retius Marescallus, ac Biragus Cancellarius circa negotia ad Cal-  
 vinistas spectantia a Senatu excludan-  
 tur.

## §. XXXIV.

*Regis responsum ad Deputatorum po-  
 stulata.*

*Thes. t. 6o.*

Tandem cum regius Senatus per quin-  
 decim omnino dies circa hosce ar-  
 ticulos altercaretur, Rex hoc in respon-  
 sis dabat: „Protestantibus octo urbes  
 „in Septimania, sex in Aquitania sub  
 „hoc numero comprehensis Rupella, &  
 „Montalbano, duas in Delphinatu pu-  
 „blicæ professionis, & securitatis cau-  
 „sa concedere paratus sum, dummodo  
 „ceteras, quas nunc tenent, mihi resti-  
 „tuant in eo statu, quo ante ultimum  
 „bellum erant: quatuor item novos Se-  
 „natores ex Protestantium numero crea-  
 „tos ad sexdecim jam constitutos judi-  
 „ces adjicere volo, qui de caussis ipso-  
 „rum cognoscant: insuper Monpelii æ-  
 „qualem judicum numerum constituere  
 „haud

GREG.XIII.P. MAXIMIL.II. OCC.IMP. 285

„haud detrecto, facultate ipsis data, ut Sæcul. XVI.  
„in quibusunque Regni Curiis quatuor A.C. 1575.  
„confiliarios rejicere possint, non expres-  
„sis rejectionum caussis. „ Ceterum  
cum Delegati ea, quæ proposita fue-  
rant, hujusmodi esse dicerent, ut in iis  
haud quaquam plene satisfieri Condæo,  
& fœderatis posset, hinc postridie alte-  
rum scriptum prolatum est, quo Rex  
declarabat, quod veit, ac præcipiat,  
ut Protestantibus ubique locorum in re-  
gno libere, & secure esse, ac degere  
liceat, nec ulla vis ipsorum conscientiis  
afferri, aut periculum creari ob Religio-  
nem posset, si modo pacate, ac mode-  
ste juxta edictorum leges se contineant,  
præterea libera conveniendi in omni-  
bus locis, quæ tenent, potestas ipsis  
fiebat, exceptis Monpelio, Castris, A-  
quismortuis, & Belloquadro: insuper Rex  
eisdem concessit, ut idem juris sit no-  
bilibus, qui summum imperium in suis  
jurisdictionibus habent: qui vero tan-  
tum medium, vel infimam jurisdictionem  
habent, cum familia sola conve-  
nire possint, dummodo id non intra ur-  
bes, aut in earum suburbis, aut de-  
cem a Lutetia, duabusve ab Aula leu-  
cis fieret: cum autem, ne sicquidem  
delegatis satisficeret, hi amplius deli-  
berandi, & ad suos referendi tempus  
petebant, tandem autem obtenta re-  
deundi

Sæcul. XVI. deundi facultate eisdem spondebatur,  
A.C. 1575 ipsorum caussam illis etiam absentibus  
 strenue urgendam fore, adeo, ut illis  
 redeuntibus nil nisi utriusque partis sub-  
 scriptio desiderari valeat: ex illis autem  
 duo duntaxat in Aula detinebantur, ne  
 hujus concordiae negotium penitus dif-  
 solutum videatur.

§. XXXV.  
*Horum Deputatorum adventus ad R.  
 pellensem urbem, necnon eorum  
 relatio.*

*Thu. l. c.*

Postea Delegati Rupellas reversi coa-  
 sto ad Beati Ivonis oppidum consi-  
 lio ibidem auditи sunt, ubi mandatis,  
 quae a Rege acceperant, expositis plu-  
 res ad pacem ineundam inclinabant,  
 alii vero, quorum major erat numerus,  
 dissentiebant, caussati, hoc concordiae  
 negotio ipsis illudi, eo fine, ut ipsi pro-  
 pterea securius agentes neglectis belli  
 consiliis facilius opprimi possent: hinc  
 arma ponere dissuadebant: cum autem  
 sic suam quisque sententiam propugna-  
 ret, Franciscus Lanojus unacum Roa-  
 no Vicecomite advenit, moxque con-  
 fessum accedens dilaudata Regis ad pa-  
 cem propensi voluntate inquiebat: „ego  
 „ipsus semper quidem quieta consilia  
 „turbidis praefero, vos tamen moneo,  
 „ut in hoc negotio haud præcipites sitis,

,de